



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 93. Quid notandum sit circa acceptationem legum, præsertim Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

“ cennium, quo elapsō, præscriptum est contra eam,
 “ sive Imperatoria sit, sive Pontificia, & tunc non
 “ amplius obligat: Utī & lex Ecclesiæ, et si semel
 “ recepta sit, aboletur per præscriptionem, sed anno-
 “ rum plurimum, nempe quadraginta. *Navar. Azor.*
 “ *Suar.*

634.

“ IV. Si tu legem promulgatam paratus sis su-
 “ scipere, & datâ occasione etiam observes, sed alii
 “ plerique è communitate non recipiant, nec rece-
 “ pturi videantur, tunc saltem ab ea excusaberis,
 “ per discretionem.

632.

637.

636.

591.

“ V. Etsi primi Episcopi fortè peccarint non re-
 “ cipiendo legem & in usum deducendo, successores
 “ tamen eorum, si post longum tempus videant non
 “ observatam, credere possunt esse sublatam per præ-
 “ scriptionem.

“ VI. In dubio, num lex recepta sit, nec ne, præ-
 “ sumendum est pro ipsa: quia factum in dubio
 “ præsumitur, si de jure faciendum erat. Vide *Azor*
 “ l. 5. c. 4. *Laym. c. 3. Sal. de leg. d. 13. f. 3.*

638. cū sqq.

A D D E N D A.

631. Q. 92. *An subditi peccent non acceptando le-*
gem. R. Peccant, si absque causa non acceptent,
 nam *Alex. VII.* damnavit hanc 28. propos. *Popu-*
lus non peccat, etiam si absque ulla causa non recipiat
legem à Principe promulgatam: & Ratio patet, quia
 resistit potestati à Deo ordinatæ, sicque frustra esset
 potestas legislativa. Quando autem dicitur, *absque*
ulla causa, intelligitur, rationabili, nam causa irra-
 tionabilis & purè voluntaria re ipsa nulla est.

632. Q. 93. *Quid notandum sit circa acceptationem*
legum, præsertim Ecclesiæ. R.

§. I. *Quod lex, etiam Ecclesiastica, non receptar-*
non.

non obliget, etiamsi primi non recipientes peccarint, est communis sententia, quam tenent *Nay.* *Covarr.* *Cancell.* *Menoch.* *Mandef.* *Guttier.* *Paris.* *Valent.* *Silvest.* *Armil.* *Rodriq.* aliique plurimi cum *Suar.* hic l. 4. c. 16. n. 9. *Sanct.* de matr. l. 3. d. 18. n. 1. *Garcia* de benef. p. 11. c. 5. n. 150. *Moya* t. 6. d. 1. q. 1. Quod verum est, etiamsi lex contineat decretum irritans, *Riccius* dicens communem, *Puteus*, *Garc.* n. 152. Item, etiamsi deroget consuetudini, *Garc.* 11. 153. citans alios: Item , etiamsi non sit recepta per ignorantiam, *Garc.* n. 154. citans *Nay.* & *Rodriq.* Hinc *Luca* de benef. d. 65. n. 13. docet, quod quamvis Papa habeat immediate à Deo potestatem legislativam, uti habetur *Cap. Novit.* 13. de Judiciis, ita ut ipsius leges nunquam indigeant acceptatione Ecclesiaz, tamen si Ecclesia per non usum non admittat legem, tolli obligationem , ob implicitam Papæ scientiam & patientiam, quæ est virtualis revocatio. Addit post *Iess.* & alios *Carden.* in 1. crisi d. 29. n. 65. leges Ecclesiaz ex benigna interpretatione voluntatis Pontificum non obligare ante acceptationem, quando est causa rationabilis non acceptandi. Vide dicendal. 4. n. 520. & 672.

§. II. Putat *Garc.* n. 156. probabile esse ad tol- 633
lendam obligationem legum non receptarum, etiam ignorante legislatore, non requiri decennium , sed sufficere actus contrarios in numero sufficiente, secundum arbitrium prudentum, quia ita videtur servari in praxi, pro quo citat *Nay.* *Felin.* *Bottæ.*, sed contradicunt *Suar.* suprà , *Salas* d. 13. f. 4. n. 24. cum communi requirentes, ut hoc fiat sciente & tacente legislatore.

§. III. Putat *Garc.* n. 159. necesse non esse, ut generaliter & à maiore parte Ecclesiarum unius provinciæ non sit recepta lex , quia v. g. Capitulum unum

unum hic non consideratur ut persona particularis, sed ut universitas, cum non agatur de acquirendo ipsi Capitulo ut Capitulo & ut privatæ personæ, sed omnibus de capitulo & in universum: quæ doctrina admitti potest, si lex lata sit pro solo tali Capitulo, nam si major pars Capitulorum aut totius communitatis, in qua Capitulum est, legem admittat, censetur tota communitas admississe; & debet pars minor sequi majorem.

635 §. IV. Testatur Gob. Reges Galliæ jam à tempore *Caroli M.* hoc sibi privilegium arrogare, quod nullæ leges Pontificiæ tangentes universum regnum, vel promulgari vel obligare possint, nisi diploma Papæ sigillo ejusdem munitum approbetur à Rege, ideoquerefer *Chaiffaing Tridentinum* quoad nova morum decreta repugnantia moribus Galliæ, neque in toto neque in parte potuisse venire ad receptionem, licet *Henricus IV.* jurarit *Clementi VIII.* se operam navaturum, ut in toto regno reciperetur: putatque etiam *Baunius*, quod in Gallia & Belgio necessarium sit placitum Regis, ad hoc, ut decreta Pontificia obligent: sed de his ipsi viderint, si enim ita est, erit hoc per accidens, ex privilegio ipsorummet Pontificum: *Ius. t. i. d. 3. n. 66.* docet per *Trid.* isti privilegio esse derogatum.

636 §. V. Si lex concernat res fidei, exceptio non receptæ legis non valet, quia omnes tenentur credere, quod est de fide: idem est, si lex abroget aliquid tanquam pravum & scandalosum, aut si damnet consuetudinem tanquam irrationalis & iniquam, uti rectè *Garc. à n. 161.*, tum enim jus naturæ, quod perpetuum est & necessarium, pergit semper assistere legi.

637 §. VI. Hanc propositionem, *Bulla canonæ non obligat, ubi non est acceptata*, Generalis Societatis

J E S U

JESU anno 1597. die 9. Augusti rescribens ad provinciam Venetam rejecit ut falsam : sed quidquid sic de Italia aut aliis etiam Provinciis, certum videtur, quod in Germania non obliget hodiecum quoad aliqua, vel saltem non cum illo rigore , ut norant Laym. aliquique gravissimi recentiores in manuscriptis. Grotius l. 1. c. 3. à n. 8. conatur evincere, quod Reges habeant à populo absolutam potestatem leges ferendi & imperandi, nec ab eo vi coerceri possint , si potestate abutantur : quandonam autem licitum sit reluctari Regi , explicat c. 4.

*Q. 94. Quandonam licitum sit appellare à lege, 638
vel supplicare contra illam. R. Quando adest causa rationabilis, nam potest lex ita esse incommoda & disconveniens moribus & consuetudinibus hujus aut illius etiam particularis provinciae, aut ita difficultate aut illi instituto, patriæ, populo, ut executio in uno altero loco rationabiliter suspendi, & acceptatio usque ad aliam informationem differri possit & debeat, ut habet communis cum Suar. l. 4. c. 16. n. 7. Salos. Laym. Salas d. 13. f. 4. Bonac. d. 1. q. I. pu. 4. n. 42., prudenter enim tum præsumitur, quod Superior nescierit vel non consideraverit difficultates, hinc si sit inferior legislator, licebit appellare Superiorem, si autem sit Supremus vel independens, poterit apud eum supplicari, ut legem tollat vel mitiget. Si tamen verisimile est leglatorem non ignorasse circumstantias & speciales rei præceptæ difficultates, communissima sententia est cum Suar. legem esse acceptandam, quamvis difficultaria & dura præcipiat: multò minus differri potest acceptatio, si non cogitetur de appellando vel supplicando, nec de proponendis causis, maximè si ideo raceatur, quia Legislator creditur non approbaturus rationes opponendas.*

Q. 95.